



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Genesin Enarratio**

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

Capvt XXXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

**C A P V T  
XXXV.****L O C I P R A E C I P V I .**

- I. *Testimonium de pluritate personarum Diuinitatis.*
- II. *De officio patris familias et magistratum politicorum in mandis impijs cultibus, & in religione constituenda.*
- III. *De diuinis terroribus qui incituntur hostibus piorum.*
- IV. *Grauissimae calamitates dolores Jacob, quos ex patre coniugis Rachel, Delborah tricis morte, & filij Rabbi incesto concubitu cum novaca cepit, & econtra diuinam consolationes cogitantur.*
- V. *De Rachel in partu extincta.*

Hervor

VI. *Heroum filij noxæ.*

VII. *De immortalitate hominum, & vita æterna.*

I.

**N** In principio huius Capitis scribitur locutus esse Deus ad Iacob, ut faciat Altare Deo, qui apparuit ipse in Bethel. His uerbis mysterium Trinitatis seu plurium personarum in una essentia diuina significari appareat. Quodocunq; enim Deus de Deo loquitur tanquam de altera persona à se distincta mysterium trinitatis proponi non dubium est. Quare in hoc loco Deus pater præcipit Iacob, ut ædificet Altare in Bethel illi Deo, id est, Filiu suo, qui se illi patescerat in Bethel, ut supra 28. cap. audiuiimus.

II.

*OFFICIVM PA-*  
*trisfamilias.*

Eruditissimè Paulus Ephes. 6. præcipua patris-familias officia erga liberos complexus est inquisiens. Educate liberos uestros in disciplina & doctrina Domini.

1. *Educatio omnia officia nutrificationis & alia comprehendit.*

f 3 II. Honea

II. Honestia institutio morum seu disciplina  
adsuetatio qua arcentur a peccatis per honestas  
præcepta, minas, castigationem, exempla.

Tertium & summum est doctrina Domini, uera Dei agnitio & invocatio, quæ ex pura Evangelij doctrina solum hauritur. Hec eadem beneficiæ p[ro]p[ter]ia p[ro]p[ter]ius Magistratus quoq[ue] suis subditis debent pertiri, non solum ut uictum curet, & pacifico sit, & externa scelera, ut homicidia & adulterii puniat, sed multo magis, ut impios & idolatrias cultus tollat, & blasphemias prohibeat, & ueram Deo doctrinam tradi, & ueros cultus Deo precepit, Nam propter hanc causam precipue DEI sui nominis societatem Magistratibus imperit, quiens, Ego dixi, Dij estis.

## III.

*De Cruce & Consolationibus integrum  
dicam in Historia Ioseph.*

## V.

*DE RACHEL*  
*extincta in partu.*

Diuum & inenarrabile opus est Generatio hominis, & plenum ingentibus miraculis, que tamen non casu nasci homines, sed diuinitus formati sunt.

factum in alio matris, & quasi digitis Dei fingi, &  
ali lacte matris transuso per Cotylidonas, ac edi  
in lucem patefactis iuncturis oſis sacri, quæ nulla  
humana ope aperiri aut claudi possunt: Hæc ortus  
noſtri miracula ſepe cogitanda ſunt, & ſimul conſi-  
deranda pericula & arumnae matrum, quæ ſepe  
pariendi labore oppreſſe moriuntur, ut Rachel in  
partu extincta eſt. Hoc exemplo ſinguli commone-  
facti cogitemus, quanto periculo ipſi in lucem editi  
ſumus, & agnoscamus Deum generationi ad eſſe, &  
uitam ab eo dari & ali, ſicut ſcriptum eſt, in ipſo  
uiuimus, mouemur & ſumus. Mariti etiam & ma-  
tres familias hiſ exemplis ſe conſolentur in partu-  
bus inſoclicibus.

## VI.

H E R O V M   F I -  
ly noxæ.

Hiftoria de inceſto concubitu Ruben cum no-  
verca, Primum illuſtre exemplum eſt Tragicorum  
lapsuum & calamitatum, quæ etiam Sanctorum ho-  
minum familijs ſæpè accidunt.

Secundo conſolatur pios parentes, qui propter  
improbitatem & turpitudinem & calamitates li-  
berorum in acerbissimo dolore, quo nullus post ſen-  
ſum iræ Dei maior eſt, uersantur.

Tertio monet Heroum filios plerūq; noxas eſſe,

f   t   &

& à paterna auitaq; uirtute degenerare, cuius  
sex cause recitari possunt.

Prima in Psalmo 127. indicatur, Ecce donum Dei  
sunt filii, Fructus uentris sunt præmium. Sicut Segu-  
tæ in manu robusti, sic filii heroici. Beatus qui in-  
pleuit pharetram suam ex ipsis. Hæc sententia ostendit  
liberos uirtute & industria præstantes, solum  
Dei dona esse, & nequaquam carnali generatione  
propagari.

Secunda causa est, Quia Parentum peccata Deus  
in infelicitate liberorum punit, ac in primis Heroum  
parentes summis illis malis superbie & fiducie, quæ  
propria sapientia & uirtute magis quam Deo  
titur, Item securitati carnali φιλανθρωπίᾳ & simili-  
bus obnoxij sunt. Quæ Deus etiam in hac uita pun-  
re solet.

III. Quia in effectu, hac Mundi senecta tolli-  
tura est languidior, ut Horatius inquit,

Ætas parentum peior avis  
Tulit nos nequiores mox datus  
Progeniem uiciosem.

IV. Liberi Heroum autoritate & opibus pro-  
rentur, ad suam libidinem & petulantiam explora-  
dam abutuntur, Nam omnes in rebus secundis sunt  
petulantiores, ut Themistoclis filius dicebat à se una  
totam Græciam regi. Quidquid enim ego uolo, in-  
quit hoc uult mea mater. Quidquid mater uult hoc  
faciat.

facit pater, Quidquid pater uult, id placet toti Grae  
ciae, Ergo.

V. Quia parentes Heroici publicorum negocio-  
rum mole onerati, non tribuunt iustam diligentiam  
& adsiduitatem institutioni liberorum.

VI. Ex astris & Υψεωп dissimilitudine su-  
mitur.

### V I I .

## DE RESURRECTIO- NE & Vita æterna.

Isaac mortuus est, & adpositus seu congre-  
gatus ad populum suum.

Eadem phraſi ſupra cap. 2. 5. de Abraham uſus  
eft, qua monet pios ex hac uita diſcedentes non diſ-  
ſipari & euaneſcere in tenues auræ ut pecudes in-  
tereunt, ſed colligi ad populum suum, id eft, in cœ-  
tum beatæ Eccleſiae, ut Esai. 5. 6. inquit, Viri sancti  
colliguntur.

Conſiderent autem Studiosi, ea, que deinceps  
uſq; ad cap. 4. o. recitatuntur, geſta eſſe uiuo Isaac,  
qui omnium calamitatum Iacob, & uenditi etiam  
Iofeph in Ægyptum, & inceſti Iude cum Thamar  
ſpectator fuit, Vixit enim 180. annos, & mortuus eft  
uno anno ante liberationem Iofeph ex carcere, ut  
ex Chronologia quam inſra cap. 38. inſeram, perſpi-  
cuè apparet.

f s   C A P V T